



hal.komp.

59859

BIBLIOTHECA  
UPPV. IAGELL.  
CRACOVENSIS

III Mag. St. Dr.

P

Teol. 4362

Sulikowski Nicolai: Quæstio theologica de  
merito quod est gratiae cooperantis  
effectus.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0001727

# QVÆSTIO THEOLOGICA,

DE MERITO

Quod est Gratiæ cooperantis effectus,  
*ex 1. Secundæ S. Thomæ Quest. CXIV. desumpta.*

P E R

59859

M. NICOLAVVM SVLIKOWSKI,  
S. Theol. Sententiarium & Professorem, Can. S. Floriani, Prouisorem Contub. Ziziniani,  
In Generali solâ & vnicâ Scholâ Regni  
ACADEMIA CRACOVIENSIS.

Cum Librum 3. Magistri Sententiarum. De Incarnatione Christi Domini. Ex occasione V. Unionem Verbi aliqua merita præcesserint ex Commentarijs ad mentem & sensum D. Thomæ Angelici Doctoris explicandum assumeret,

Publicè ad disputandum  
IN LECTORIO DD. THEOLOGORVM  
Proposita.

Suo Concurrenti Admodum Reuerendo Domino D.

ALBERTO PAPENCOVIO  
VSTIENSIS,

Sac. Theol. Sentent. & Profess. Can. Eccles. Collegiate S. Floriani Cancel. Stradien. vti Confratri perquam charo & dilecto ad oppugnandum

EXHIBITA.  
Die 17. Junij Hora 12.

CRACOVIAE,

Typis Vidue & Heredum Francisci Cesary, S. R. M. Typ.



# QVÆSTIO THEOLOGICA.

V. Homo viator tam in Statu Naturæ Integræ, quam corruptæ Gratia Dei destitutus, Mediante charitate, aut quavis virtute Gratiam primam, vel sibi aut alteri, reparationem post peccatum, Perseuerentiam viæ, aut vitam æternam, vel denique bona temporalia mereri à Deo ex condigno possit, nec ne?

## C O N C L V S I O . I.

Homo non potest simpliciter aliquid mereri à Deo, secundum absolutam rationem meriti, sed secundum rigorem iustitiae.

## C O R O L L A R I V M . I.

Homo potest mereri à Deo aliquid secundum presuppositionem diuine ordinationis.

## C O R O L L A R I V M . I I.

Istud hominis meritum apud Deum est quoddam meritum iustitiae, cui nimis ex iustitia debetur merces.

## C O R O L L A R I V M . I I I.

Homo apud Deum, potest vere ac propriè aliquid mereri, non propter suam bonitatem sed propter ordinem Diuinam.

C O .

## COROLLARIVM IV.

Homo Viator, tam in Statu Naturæ integræ, quam corruptæ, non potest absque gratia mereri vitam æternam, nec de condigno, nec de congruo.

## COROLLARIVM V.

Si opus iusti hominis consideretur, secundum Substantiam, & secundum quod procedit ab arbitrio libero non est Meritorium de condigno, est tamen de congruo. Si procedat ex gratia Spiritus Sancti est Meritorium vita æterna ex condigno.

## CONCLVSIO II.

De fide certa dicendū est, hominem in gratia constitutū posse mereri vitam æternā de condigno.

## COROLLARIVM I.

Opera bona que per gratiam Dei homo facit esse de condignovitæ & terne meritaria.

## COROLLARIVM II.

Gratia est principium meriti, humani actus, secundum quod est ordinatus à Deo ad æternam vitam principaliter per charitatem, & secundario per alias virtutes.

## COROLLARIVM III.

Charitas est principale principiū, meriti actus humani secundū quod est ex libero arbitrio & voluntarius.

## COROLLARIVM IV.

Opera hominis iusti, que solum sunt moraliter bona, ut potè neq; actu neq; virtute relata in Deum, tanquam autorem gratiae, sed ex naturali tantum ratione, vel honestate facta, non sunt Meritoria vita æterna ex eo quod procedant quia iustus est.

C O

## C O R O L L A R I V M . V.

Sola opera hominis iusti sunt vite eternæ meritoria, que actu vel virtute fiunt ex imperio charitatis, siue sit actus virtutis infusa siue acquisita.

## C O N C L V S I O III.

Potest aliquis mereri perseverantiam Patriæ etiam de condigno, perseverantiam viæ nullus potest.

## C O R O L L A R I V M . I.

Probabile est iustum posse de Congruo mereri perseverantiam huius viae orando. Et bona opera in eum finem faciendo.

## C O R O L L A R I V M . II.

Meritò condigni nullus potest mereri primam gratiam nisi solus Christus, congrui autem potest iustus mereri alteri gratiæ donum.

## C O R O L L A R I V M . III.

Reparationem post lapsum nemo neq; de condigno, neque de congruo potest mereri.

## C O R O L L A R I V M . IV.

Bona temporalia secundum quod sunt utilia ad opera virtutum quibus in gloriam perducimur, cadunt sub merito simpliciter.

## C O R O L L A R I V M . V.

Bona temporalia secundum se considerata non cadunt sub merito simpliciter, sed solum secundum quid.

Sub Felicissimis Auspicijis,

Magnifici, & Excellentissimi Viri, Domini  
D. M. FRANCISCI ROLINSKI,  
Philosophiae & Med. Doctoris ac Professoris, Consulis, &  
Generalis Studij Academiae Cracoviensis  
RECTORIS Vigilantissimi.





